AD

iniustitia detinent; quia quod notum e manifestum e in illis;
ds enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsi. a crea
tura mundi, per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur;
sempiterna quoq; uirtus eius. & diuinitas. ita ut sint in
excusabiles; Quia cum cognouissent dm. non sicut dm
glorificauerunt. aut gratias egerunt. sed euanuerunt
in cogitationibus suis. & obscuratum e insipiens cor
eorum; Dicentes enim se esse sapientes. stulti facti s;
Et mutauerunt gloria incorruptibilis di. in similitu
dinem imaginis corruptibilis hominis. & uolucrum.
& quadrupedum. & serpentium; Propter quod tra
didit illos ds in desideria cordis eorum. in immun
ditia. ut contumeliis afficiant corpora sua in semet ipsis.
Qui commutauerunt ueritate di in mendaciu. & colu
erunt. & seruier potius creaturae. quam creatori;
qui est benedictus in saecula. amen. V

Propterea tradidit illos ds in passiones ignominiae.
Nam feminae eorum. immutauerunt naturalem usum.
in eum usum qui est contra natura; Similiter au
& masculi. relicto naturali usu feminae. exarserunt
in desideriis suis in inuicem. masculi in masculos tur
pitudinem operantes. et mercedem qua oportuit er
roris sui. in semet ipsis recipientes; Et sicut non probauer
dm habere in notitia; tradidit illos ds in reprobu sensum.
ut faciant ea quae non conueniunt; Repletos omni ini
quitate. malitia. fornicatione. auaritia. nequitia. ple
nos inuidia. homicidio. contentione. dolo. malignitate;
susurrones. detractores. do odibiles. contumeliosos. su
perbos. elatos. inuentores malorum. parentibus non o
boedientes. insipientes. incompositos. sine affectione.
absque foedere. sine misericordia; Qui cum iustitiam
di cognouissent. non intellexerunt. quo qui talia agunt.
digni sunt morte; Non solum au qui ea faciunt. sed etia
qui consentiunt facientibus; VI

Propter quod inexcusabilis es. o homo omnis qui iudicas;
In quo enim alterum iudicas. te ipsum condemnas. ea
dem enim agis. qui iudicas; Scimus enim quia iudiciu
di e secundum ueritatem. in eos qui talia agunt; Ex
istimas au hoc. o homo. qui iudicas eos qui talia agunt.
& facis ea. quia tu effugies iudicium di; An diuitias

Karlsruhe LB. Aug. perg. 83, fol. 3v